



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Ebredvnen. Archiepisc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

cum pertinentiis suis. Techsachsān, cum pertinentiis suis. In Iseoganan, Cellmoe-senoch Cellbrogan, Cellmathnain, Midisel, Achadmeleitig, Cellsinchill, cum pertinentiis suis. Techmolaggi cum pertinentiis suis, Domnachior, Cellsaeleah, Ciseicerum, cum pertinentiis suis. Infiduni cum pertinentiis suis, Magalaid, Glennberchin, Cellarchadangli, Achaddun, cum pertinentiis suis. Cellmugana, Cluamechi, Cellcillin, Cellcohi, cum suis pertinentiis. Scol cum suis pertinentiis. Celloran, Cellmolaggi, Cellmua, Durrus cum pertinentiis suis. Infscungi cum suis pertinentiis. Cellmochomoc, Cellechdach, Cellmana, Cellchatthigern, Cellmacceogam, Dramdalach, Fanlobais, Magatia, Dissaert, Saergessa, Cennech, Cluannached, Dunisci, Cennmugi, Magalaid, Disert mort cum pertinentiis suis. Disertanaeda cum pertinentiis suis. Rathen cum pertinentiis suis. Claennabur cum pertinentiis suis, cum Cennmugi, & aliis pertinentiis suis, Athbruanni, Ardmacchfaelan, Tularchrata, Cellia, Cluanpruches, Corcachbet & Archadfadda. Prohibemus insuper ne interdictos &c. Præterea libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva in omnibus apost. sedis auctoritate, & Castelen. Archiepiscopi debita reverentia. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, II. Idus Aprilis, Indictione secunda, incarnationis dominice anno M CXCIX. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno II.

**EPISCOPI ET POTESTATIS
Castellanensis ad Papam.**

Dicit. 33.
Ministrum tributum, Pontificis, quae opem potestatis adver-
sus Aretinos.

PIo Patri & Domino Innocentio divina gratia sanctæ Rom. Ecclesiæ Summo Pontifici R. Castell. Ecclesiæ humili servus, & Bonus Comes civitatis Castell. Potestas, cum ejusdem terra majoribus & minoribus, debiti obsequij devotissimum famulatum. Cum pristinâ memoriam terra nostra, immo vestra, ad patrimonium S. Rom. Ecclesiæ communia ac privato jure spectare noscatur, & nuper sanctitatis vestra sollicita cura antiqua statuta inde sint innovata, dignum duximus ad præsens debitum canonem, scilicet per unamquamque domum de-narium, colligere, & in signum nostræ fidei per præsentium latorum nobilem

virum ad pedes vestræ sanctitatis dirige-re: cuius facti humilis devotione nos corroborat, & in quibus indigemus à sancti-tate vestra protectionem querere confor-tat. Aretini cives, nobis aliis proximi-mores, Castellan. episcopatus fines in-vadere conantur; & cum Marchionibus confederati, qui contra præceptum ve-strum de destructione montis sanctæ Ma-riæ acriter doluerunt, aliud castrum Ca-stellan. Ecclesiæ expugnare, & memo-ratum montem post Pascha reficere or-dinaverunt. Subveniat ergo famulis suis vestre sanctitatis benignitas, & jamdi-ctos Aretinos ab hujusmodi vexationi-bus imperiosè compescat; & adjacentes vicinos, scilicet Perusinos, & Massianos, ut nobis subveniant, vestræ paternitatis providentia, si placet, inducat.

E B R E D V N E N . A R C H I E P I S C .

Sicut nobis tua fraternitas suis literis intimavit, cum bona memoria C. Papa prædecessor noster tibi & ven. fra-tribus nostris Dignen. & Senecen. Episcopis dedisset firmiter in mandatis ut pro enormibus quæ sibi de Vencien. Episco-po fuerant nuntiata, ipsum, si rei veritas taliter se haberet, ab officio beneficiique suspensum, ad sedem apostolicam mitteretis, vos diligenter quæ vobis injuncta fuerant exequentes, cum illis & deterioribus præfatum Episcopum invenieritis maculatum, præcepistis eidem ut suspensus apostolico se conspectui præsentaret: qui neque ad Ecclesiam Romanam accessit, neque propter suspensionem episcopatum desuit ordinare. No-lentes autem ut quæ, de mandato maxi-mè apostolicae sedis, à venerabilibus fra-tribus nostris rationabiliter disponun-tur, alicujus debeat temeritate convelli, fraternitati tuæ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus quatenus præfatum Episcopum, qui suspensi-onis sententiam in se latam observare contempsit, excommunicatum publicè nunties, & facias ab omnibus arctius evi-tari, donec ad præsentiam nostram cum tuarum testimonio literarum accedat redditurus, si poterit, de suis actionibus rationem, cui, volente Domino, in nostra & fratrū nostrorum præsentia sua ju-stitia respondebit. Datum Laterani VI. Idus Aprilis.

Epif. 34.
Vt Venciensem
Episcopum pu-
blicè excom-
municatum
denuntiet.



Y y